

De Gratia Sanctificante. Supplementum.

1.	Adlineamenta historica	1
	Modus procedendi	45
	Notio iustitiae	6
2.	Positiva SScr doctrina	9
3.	Intelligentia fidei	27
	Problema	27
	Notiones	29
	Fundamentum ontologicum	30
	Effectus formales et immanentes	33
	Effectus formales et transcendentales	35
	Corollaria	45

De gratia habituali. *Initio.*

Ipsum nomen, gratia habitualis, non invenitur in S. Scr. neque in scriptis PP.

Ipsa notio pedetentim recepta est sub influxu aristotelico in theologos medievaes.

Ita Innocentius III (DB 410) duas sententias recitat circa parvulos baptizatos quarum una S. Anselmum sequebatur altera gratiam habitualem agnoscebat.

At conc. Viennense (DB 483) laudans theologos recentiores affirmat probabiliorem esse sententiam quae in parvulis ponebat habitualem gratiam.

De hac notionis evolutione quasdam notas contexui, TS II 1941 294 ff. Tria recolo.

Primo, praeter problema de gratia in parvulis qui actus fidei et caritatis non elicebant ideoque iusti ad mentem S. Pauli esse non posse videbantur, erat longe profundius problema circa notionem entis supernaturalis.

Haec notio inventa est in forma systematica 1) opponendo gratiam ad naturam, fidem ad rationem, caritatem ad dilectionem naturalem, et meritum vitae aeternae ad opera humana bona, et 2) discernendo duos diversos gradus perfectionis ontologicae, alium naturalem, alium supernaturalem.

Secundo, gratia habitualis deinde concipiebatur tamquam principium primum intrinsecum quo simus viva membra corporis Xti mystici; eo hoc principio fluuntur tum virtutes infusae, tum etiam meritum supernaturale informans opera bona.

Tertio, non statim inventa est notio gratiae actualis. ~~Ma~~ In primis enim nitebantur theologii omnia per gratiam habitualem explicare. Postea, maxime a auctore S. Thoma, ipsa res systematica concipiebatur tamquam motus quo Deus nos digigit in vitam aeternam. At nomen gratiae actualis apud S. Thomam non invenitur; altius, Seotus qui gratiam actualis parum omnino tractat hac de causa tamquam Pelagianus a Seeberg (historiae dogmatum peritus sed acatholicus) est impugnatus et a P Minges OFM defensus.

Pest aetatem auream scholasticismi, extabant nominales. Cf. P. Vignaux, Nominalisme, DTC 11, 769-76.

Sub eorum influxu gratia habitualis facta est ens quoddam obscurum in anima a Deo infusum et fere arbitrarie connexum cum vita christiana his in terris et cum vita aeterna in caelis.

Radix nominalismi est exclusio intelligentiae.

1. Ar. Aq. cognoscibile in potentia in actu; objectum prius actu.
2. Unde intelligentia aut impossibilis aut illusio.
3. Unde scientia Dei de necessariis; caetera ex voluntate.
4. Unde principium contradictionis fundamentum scientiae.
5. Unde scepticismus.
6. Unde Deus posset dare vitam aeternam eis qui non habent gratiam et posset non dare eis qui habent gratiam.
7. Unde Thomas a Kempis, devotio moderna.
8. Unde renascentia, nova scientia, Cartesius
9. Unde levatores: ad puritatem evangelii redeamus.

De gratia habituali. Nominales.

1. Dupliciter nominalismus in novatores saec. XVI influebat: primo, directe in quantum nominalium doctrina erat terminus a quo aberrabant; deinde, indirecte in quantum nominales per suas aridas et vacuas disputationes etiam mentes hominum piorum a theologia arcebant.

2. Duo de doctrina nominalium sunt dicenda: primo, de radice huius doctrinae; secundo, de eius applicatione ad gratiam habitualem.

Proinde, radix doctrinae tripli gressu exponitur: 1o, de cognitione humana, 2o, de cognitione divina, 3o, de consequente methodologia scientifica.

3. Circa cognitionem humanam vigebat confrontationismus, seu empirismus translatus. Axioma principale erat quod objectum est prius actu circa obiectum. (Ar. Aq. distinxerunt sensibile, intelligibile, sensus, intellectus, in potentia, in actu; ponebant identitatem cognoscentis in actu et cogniti in actu; Scotus vero eiusque antecessores et sequaces docebant identitatem cogniti in potentia et cogniti in actu).

Unde dari non potest "intelligibile in sensibilibus" "quidditas in materia corporali"; et si intelligitur, illusio est.

Unde restringitur intelligibile ad nexus necessarium inter concertus universales.

Unde tollitur differentia inter distinctionem et abstractionem: pes potest distingui ab animali ~~et~~ sicut pars a toto; sed pes non potest intelligi sine animali, unde nec abstrahi potest ab animali quando fit sermo de pede. In Boet 5 3.

4. Sicut de cognitione humana, ita etiam opinabantur de cognitione divina.

Deus in sua essentia videt omnes ideas rerum possibilium, videt nexus necessarios, videt separationes necessarias, et videt nihil aliud, nam caetera sunt ~~sicut~~ quasi neutralia; possunt coniungi et possunt separari, sicut numerus stellarum potest esse ~~pari vel impari~~, paris vel imparis. Haec omnia alia Deus cognoscit in decretis suae liberae voluntatis.

Unde tollitur sapientia divina. Sapientis enim est ordinare. Scdm S. Thomam impossibile est omne quod opponitur divinae sapientiae, ideoque impossibile est mundus a Deo creatus nisi sit infinita sapientia ordinatus. Quare hic ordo rerum, quamvis alius esse posset, tamen si alius esset, eadem divina sapientia ordinaretur.

Unde concordant S Thomas et Scotus de potentia Dei absoluta: respicit enim omne quod contradictionem non implicat.

Differunt vero de potentia Dei ordinata; pro S. Thoma, haec potentia respicit quemlibet ordinem rerum ab infinita sapientia excogitatum et libera Dei voluntate electum; pro Scoto, haec potentia respicit divinam voluntatem quae praebet ultimum fundamentum omnis connectionis contingentis; unde pro Scoto quilibet ordo rerum esset bonus et justus, non propter praevenientem divinam sapientiam, sed propter liberam divinam voluntatem.

5. Consequentiae methodologicae erant gravissimae.

Omnis enim quaestio ponit poterat dupliciter: scdm absolutam Dei potentiam, et scdm potentiam Dei ordinatam.

At quaestio circa potentiam Dei ordinatam, minus

in primis hunc
deinde aliun
A

scientifica erat; ultimum enim fundamentum non erat intellectus divinus sed libera Dei voluntas. Responderi potest rem ita se haberi. At si quaeris cum ita se habeat, confitendum est non esse cur, non esse rationem. Stat pro ratiōne voluntas.

Si vero quaestio ponebatur secundum potentiam Dei absolutam, nihil fere dici poterat. Deus enim potest omnia quae contradictionem non implicant. At contradictione haberi potest solummodo circa idem, eodem tempore, eodem modo. Nulla ergo est connectio necessaria inter diversa, inter diversa tempora eiusdem rei. inter diversos modos eiusdem rei.

Sequebatur atomismus vel realis, uti apud Ockham,
vel apparentium, uti apud Nicolaum de Ultricuria.

Nam voluntarismus destruxit ipsum fundamentum totius positionis, nempe, confrontationismum. Si habetur cognitio, necessario habetur rei apparentia, secus adasset contradictio. Si autem habetur cognitio, non necessario habetur res cognita, nam non adest contradictio aperta; illusiones sunt possibles; et de potentia Dei absoluta potest esse cognitio sine re.

6. Cuius doctrinae effectus in materia de gratia habituali ad haec ~~x~~ capita reduci possunt.

Primo, gratia habitualis non concipiebatur cum nexibus suis intelligibilibus. Gratia non se habebat, in corpore mystico, sicut pes se habet in animali, ita ut gratia a tota economia NT, totoque rerum ordine abstrahi non poterat. E contra, erat ens quoddam accidentale, spirituale, in anima a Deo positum; si aderat, opera erant meritoria; si non, opera non erant meritoria; et ex meritis Deus decrevit de salute aeterna.

Secundo, haec connectio gratiae cum meritis erat tantummodo de potentia Dei ordinata. Sicut Pelagius erravit affirmando hominem posse salvari viribus naturae, ita ~~Whomistae~~
~~erant affirmando Deum de potentia ab aliis non posse~~
Aureolus errat affirmando Deum necessitari ad salutem dandam
iis qui in statu gratiae moriuntur.

Hac ergo in doctrina duo ad meritum vitae aeternae erant necessaria absolute: primo, ut homo sit liber, non enim adest meritum sine libertate; secundo, ut Deus opus acceptet tamquam meritorium; nisi enim acceptat Deus opus pro sua libera omnipotentia et misericordia, nihil facere potest ens quoddam creatum, spirituale, absolute supernaturale. Eiusmodi enim ens plus quam ~~xvi~~ conventio quaedam esse non potest saltem sub aspectu potentiae Dei absolutae.

1. Antequam systematica disinctio inter naturale et supernaturale, habituale et actuale, inventa sit, loquebantur S. Scr. et PP. et antiqui scholastici de gratia Dei. Loquebantur in terminis psychologicis de fide, de caritate, de concupiscentia, de libertate. Ut vidimus, systematizatio scholastica enormes difficultates solvebat, ita tamen ut influxu nominalium totum systema in vanum vacuumque entitatumlarum aedificium abibat.

*eg. signatio necessaria
ad opera bona, homo
non est liber, si
liber est, gratia
non est necessaria.*

At renascente et florente humanismo classico, duplex erat impetus: alius negativus, uti apud Erasmus qui scholasticos arridet et vituperat; alius positivus et religiosus qui ipsos homines prouti existunt ad puritatem evangelii convertere volebat.

2. Inter quos eminebat Lutherus.
Scandalum ei erat cum curia papalis tum venditio indulgentiarum ad addificandam basilicam romanam S. Petri.

Porro, sicut in Ecclesia non videbat immaculatam Xti sponsam, ita in se ipso novum hominem Xto indutum non experiebatur.

Cf. Boyer, 147 f; Lange p 222 §314; Lennerz^p 28-45

a Peccatum originale idem est ac concupiscentia; et concupiscentia manifeste non tollitur baptismo. DB 741s 792

b Infectione huius peccati etiam iustus in omni opere etiam bono peccat. DB 771, 835. 775s.

c Tamen haec iustorum peccata Deus tegit in iustis nam iis imputat iustitiam Xti propter merita Xti.

d Quae imputatio fit in quantum homo credit se esse iustificatum. DB 820-24.

3. Calvinus hanc doctrinam de fide fiduciali est amplexus, et suam addidit de praedesinatione et de iustitia inamissibili; qui semel iustificatur, semper iustificatur; at homo potest videri iustus cum de facto sit reprobas.

Boyer, p149.

4. Hac in doctrina notantur:

a Quod maxime insistitur in acceptatione divina, sicut et nominales; at negat liberum arbitrium (si enim gratia est necessaria ad bona opera, homo non est liber. DB 814-16.)

b Ponit nexus intelligibilem inter metita Xti et statum iusti. Nominales negant connectiones intelligibles.

c Salvat experientiam collucationis carnis adversus spiritum post baptismum

c Quoad statum hominis iustificati magis experientia quam fide ducitur: magis enim experimur collucationem carnis adversus spiritum quam ex gratiam Dei.

Modus procedendi.

1. Materia exhibetur apud Boyer tribus articulis pp 147 165 186
Eadem fere materia apud Lange 7 thesibus pp. 221-366
2. Finis noster erit 1) ut intelligatis SScr et 2) ut per hanc
intelligentiam quid sit gratia habitualis intelligatis.

Qua de causa, primo, ponitur assertum praeivium in quo
exponitur 1) generalis notio iustitiae et 2) id in quo facile
conveniunt catholici et novatores.

Deinde reicitur opinio Lutheri de fide fiduciali.

Tertio, ordine synthetico positive exhibetur quid in SScr
de statu iusti contineatur.

Quarto, ponuntur quaestiones scholasticae de natura gratiae
habitualis.

De notione iustitiae.

1. Doctrina Lutheri erat de iustitia seu sanctitate imputata; et haec doctrina ex S. Paulo hauriri videbatur. imputata; quam doctrinam ex S. Paulo se hausisse affirmabat. Primo, ergo, aliquid de hac notione dicendum venit.

Cf. Lange, pp 221-30; §§311-21.

2. In genere iustitia dicit quandam ordinis rectitudinem (ST I II 113 1 c) et multipliciter dividitur.

a Ratione normae scdm quam quis dicitur iustus; quae norma in quadam lege poni potest; cuare iustus est quis scdm legem naturalem vel positivam, positivam et humanam vel positivam et divinam, divinam VT vel divinam NT.

b Ratione originis unde quis factus est iustus; unde habetur iustitia acquisita, quae viribus naturae generatur;
et iustitia gratis a Deo collata per mediatorem DNIC

c Ratione effectus formalis quo quis constituitur iustus et ut talis manifestatur.

Unde habetur iustitia externa, forensis, imputata; vg omnis praesumitur innocens donec contrarium probetur; potest quis esse iustus in foro interno, iniustus in foro externa.

At etiam iustitia interna, quae tripliciter dicitur:

Ratione eiusdem actus iusti, vel plurium actuum.

Ratione habitus specialis, vg., iustitia commutativa, distributiva, legalis.

Ratione habitus generalis seu status, vg., ipse homo fit rectus inq. corpus subordinatur rationi, et ratio subordinatur Deo.

Quod vera iustitia et sanctitas coram Deo 1) neque ex lege est, 2) neque ex operibus legis, 3) neque ex carne, 4) neque ex testimonio humano sive alieno sive propriae conscientiae, 5) neque ex voluntate hominum, sed 6) per evangelium, fidem, et baptismum.

- 1) Gal 2 21: Si enim per legem iustitia, ergo gratis Xitus mortuus est.
Gal 3 11: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide vivit.
 - 2) Rom 3 20: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis (quaelibet) caro coram illo.
Rom 3 28: Arbitramur enim iustificari hominem sine operibus legis.
 - 3) Phil 3 3-14 Col 3 11 Gal 3 28
 - 4) 1 Cor 4 3s: Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: qui autem iudicat me, Dominus est.
 - 5) Rom 10 3: Ignorantes (Iudei) iustitiam Dei, et suam quaerentes statuere, iustitiae Dei non sunt subiecti.
Rom 9 30: Quia Gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam vero quae ex fide est. Israel vero sectando legem in iustitiae, in legem iustitiae non pervenit.
Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.
 - 6) Rom 1 16s: Non enim erubesco evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudeo primum et Graeco. Iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem (Hebraismus: ex fide semper crescente) sicut scriptum est: Iustus autem maxime ex fide vivit.
Cf. Gal 3 11; Hebr 10 38.
- Rom 3 21s: Nunc autem sine lege iustitiae Dei manifestata est, testificata a lege et Prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes et super omnes qui credunt in eum.
- Tit 3 3-5: Eramus enim aliquando et nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis et voluptatibus variis, in malitia et invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiae quae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Salvatorem nostrum: ut iustificati gratia ipsius, haeredes simus secundum spem vitae aeternae.

Fides quae ad iustificationem disponit est dogmatica;
neque ipsa sola sufficit.

- a Fides disponit. De fide definita DB 798, 801, 812
Rom 3 28-30; 5¹; Gal 3 8; 3 24; Phil 3 9
fide, per fidem, ex fide
PP R ser 362
- b Reicienda est inanis haereticorum fiducia. DB 802 822 824
Phil 2 12: Cum metu et tremore vestram salutem operamini
2 Petr 1 10: Magis satagite ut per bona opera certam
vestram & vocationem et electionem faciatis.
- c Fides disponens est dogmatica. De fide divina et catholica.
Fides dogmatica est qua ea vera esse creduntur quae a
Deo sunt revelata. DB 1789.
Nullibi dicitur in SSer hominem esse salvum quia se salvum
esse credat vel hominem non esse salvum nisi se salvum esse
credat.
Rom 10 9: Si confitearis in ore tuo Dominum (esse) Iesum
et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis,
salvus eris.
Hebr 11 6: Accedentem ad Deum oportet credere quia est
et quod inquirentibus se remuneratur est
Io 20 31: Haec scripta sunt, ut credatis, quia est Xitus,
Filius Dei, et ut credentes (hoc dogma) vitam habeatis in nomine eius
Mc 16 15s: Praedicate evangelium... Qui crediderit, salvus erit
Rom 1 16: Non enim erubesco evangelium. Virtus enim Dei est
omni credenti
- d Neque sola sufficit.
Iac 2 14-26 speciatim vv. 17 19 24 26
1 Cor 13 2: et si habuero omnem fidem (etiam fiducialem)
ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.
Gal 5 6: In Christo Iesu neque praeputium aliquid valet
neque circumcisio, sed fides quae per charitatem operatur.

Quos diligit Deus Pater, sicut Iesum Filium suum unigenitum diligit, 2) dono eos increato ipsius Spiritus sancti donat, ut 3) in novam vitam 4) renati 5) viva Xti membra efficiantur; quare 6) iusti, 7) Deo amici, 8) filii Dei adoptivi, et 9) haeredes secundum spem vitae aeternae, 10) consortium divinae naturae ineunt.

Termini: eo sensu adhibentur quo in NT usurpantur.

Partes: sunt undecim.

Prima pars asserit eos existere quos ita Deus Pater diligit.

Altera usque ad decimam in ipsa theseos enuntiatione numerantur.

Undecima pars assert haec omnia simul in singulis iustis verificarci.

Censura: In singulis partibus probandis exhibetur.

Scopus: Ut fundamentum positivum doctrinae de gratia sanctificante clare et synthetice proponatur.

Cum natura iustificationis vel essentia gratiae habitualis quaeritur, periculum est ne quis abstractam quamdam notam vel rationem abstrusam exspectet.

Hoc minime verum est. Intelligere est multa per unum intueri. E.g. anima intelligitur in toto corpore organico et in omnibus operationibus vitae, sentiendi, intelligendi, volendi; in corpore uidem ut forma, in operationibus vero ut primum principium intrinsecum. Similiter gratia habitualis est quo sumus membra Xti, templum Spiritus sancti, ad novam supernaturalem vitam elevamur, et capaces sumus actuum meritoriorum coram Deo.

Sunt qui a Deo Patre diligentur sicut ab Eo diligitur
Filius suus unigenitus.

Censura: de fide divina ex SSer.

Argumentum: Io 17 20-26

Agitur de apostolis et de eis qui per verbum apostolorum
in Xrum erant credituri. v. 20.

Asseritur: v. 23: dilexisti eos, sicut et me dilexisti;
v. 26: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Est dilectio prorsus singularis.

v. 24. Aeterna Patris dilectio erga Filium fundat donum
claritatis.

v. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis:
ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

vv. 21, 22, 23. Repetitur assertio mirae huius unitatis
qua Pater est in Filio, et Filius in fidelibus.

Notantur.

1. Scdm Patrem Mersch (The Whole Christ) hic textus videtur
fundamentalis in doctrina de corpore mystico.

1. Scdm S. Thomam:

a I 20 1 3m: "actus amoris semper tendit in duo, scilicet
in bonum quod uult alicui, et in eum cui uult bonum

b In divinis distinguuntur amor essentialis et amor notionalis.

Amor essentialis dicit ipsam divinam essentiam: et hoc modo
P F et SpS pariter amant se ipse et nos eo amore qui est divina
essentia.

Amor notionalis addit relationem realem processionis amoris:
et sic Spiritus sanctus est Amor procedens (I 37 1); et eodem
modo Pater et Filius amant et se et nos Spiritu sancto, i.e.,
amore procedente (I 37 2 c ad fin).

c I II 110 1 c: distinguitur duplex dilectio divina: alia
communis qua Deus omnia diligit ut sint; alia specialis qua
Deus "trahit creaturam rationalem supra conditionem naturae
ad participationem boni divini;" et cum amor divinus non
invenit amatum esse bonum quin prius eum bonum faciat, haec
dilectio ponit gratiam sanctificantem in anima.

3. Scdm S. Paulum gratiae semper aguntur Deo Patri qui
opus nostrae salutis initium dederit.

Rom 8 29s: Nam quos praescivit et praedestinavit conformatos
fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis
fratribus. 30. Quos autem praedestinavit, hos et vocavit:
et quos vocavit, hos et iustificavit: quos autem iustificavit,
illos et glorificavit.

Cf. Gal. 4 4-7; Eph 1 3-14; 2 4-10; Col 1 3; 1 12.

2) dono eos increato ipsius Spiritus sancti donat.

Spiritus sanctus: tertia persona SS. Trinitatis
donum increatum: non negatur simul dari dona creata, sed
ab his hoc in asserto praescinditur.

De fide divina (ex SScr) et catholica (ex traditione).

DB 13 799 898 904 1013 1015

AAS 29 1897 644-58 spec. 652 ss Lange p 331s §446

Io 14 17: (Paraclitus, Spiritus veritatis) apud vos manebit
et in vobis erit.

Rom 5 5: quia caricas Dei diffusa est in cordibus nostris
per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Rom 8 8-11 15s 26s

Gal 4 6

1 Cor 3 16; 6 19; 12 13

2 Cor 6 16

Eph 1 13 (arrha, down payment, not pignus = pledge to be redeemed)

Eph 4 30 (nolite contristari); 5 18

2 Tim 1 14

1 Thess 4 8

d

PP RJ ser 357; Lange p 334 §450

Liturgia: "altissimum donum Dei" "dulcissimus hospes animae"
alia Lange p 332 §447

ST I 38 1; a 2; 43 6. Cf. I 21 1 3m "esse alicuius"

Notantur.

1) Simul inhabitant P et F: Io 14 23: Si quis diligit me,
et Patrem meus diligit eum et ad eum veniemus, et mansionem
apud eum faciemus. Unde sine distinctione personarum,
2 Cor 6 16: vos estis templum Dei.

3) Donum dicitur quadrupliciter scdm quod est vel fit alicuius
per modum finis, ordinatur in finem, ita servus est domini
et non e converso I 21 1 3m

ratiōne originis: Filius est Patris quia a Patre I 38 1 c
ratiōne identitatis: "quid tam tuum est quam tu" Ibid 1m.
ratiōne habentis, tou posse frui: et ita in rationalibus
qui possunt vere cognoscere et libere amare I 38 1

2). Donum est id quod est alicuius et gratuito fit alterius.
(Gratuitio: sine retributione, et ita SpS est donum quamvis
(necessario procedat; sine necessitate, et ita SpS nobis datur).

4) Essentialiter P F et Sp dant donum increatum et efficianter
et formaliter.

Notionaliter P et F dant Spiritum sanctum.

5) Datur nobis Spiritus in quantum a nobis habetur: quod
ponit mutationem non in Sp So neque in Deo sed in nobis.
Quidquid enim de Deo contingenter dicitur, veritatem habet
per denominationem extrinsecam.

Utrum datur Spiritus sanctus in omni iustificatione.

Opiniones

A. J.H.Ostwald, Die dogm. Lehre von den Sakramenten der kath. Kirche, I, ed 5, Munster 1894, p 353 s

Karl Adam, ThQS, Tubingen, 101 1920 408

Dicunt ex SScr et PP prioribus constare Sp Sm dari dynamice tantum in baptismo, substantialiter vero in confirmatione; contra hanc singularem opinionem vide

J B Umberg Die Schriftlehre vom Sakrament der Firmung, Freiburg 1920; Eph theol Lovan I 1924 508

B. Petavius et nonnulli alii

Differt gratia VT et NT inq. in VT non dabatur Sp Ss

Doc. eccl.

Leo XIII, "Divinum illud" ASS 29 1897 docet Sp Sm dari etiam iustis VT, conferri per baptismum.

SScr.

Rom 5 5: caritas Dei per Sp Sm cui datus est nobis

Omnis et solus iustus habet caritatem (DB 799: amicus)

Atqui ex textu caritas habetur per donum Sp Si

Ergo omnis et solus iustus habet donum Sp Si

Rom 8 9: Siquis autem Spiritum Xti non habet, hic non est eius.

Qui non est Xti, non est iustus (omnis enim iustificatio est per Xtd merita)

Atqui qui non habet Sp Sm non est Xti

Ergo qui non habet Sp Sm non est iustus.

PP: clare loquuntur posteriores inde ab Aphraate R 683

TT: communiter

Obicitur: Petavius sequitur sententiam S. Cyr Alex; vide J Mähé, Rev d'hist eccl 10 1909 485-92

Resp: non omnes hoc concedunt (Boyer p. 183s); in omni casu S. Cyr Alex manifeste suam opinionem proponit non ut testis traditionis sed ut quaerens explicationem variorum textuum SScr.

34) in novitate vitae

b quae elucidatur per comparationes prorsus singulares

Rom 5 12ss: Adam Xitus; peccatum gratia; mors vita; duplex regnum
 v. 21: sicut regnavit peccatum in mortem: ita et gratia regnet
 per iustitiam in vitam aeternam per I X D N.

Rom 1¹⁸ - 3²⁰: describitur regnum peccati
 3, 10: Quia non est iustus quisquam

Col 1 12-14: gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit
 in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de
 potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis
 suae, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius,
 remissionem peccatorum

1 Cor 6 9-11:
 cf. Tit 3 3; Eph 2 1-3; Rom 5 6-9

Rom 6 10-23: mors vita; peccatum iustitia; servitus liberatio

Rom 8 5-18: caro spiritus

Eph 4 17ss: vetus homo; novus homo
 cf Rom 12 2

3) in novam vitam

c quae est Christus, in Christo, cum Christo.

In Xto: 164 times in Paul, Prat, II 476.

2 Cor 5 17: Si qua ergo in Xto, nova creatura; vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova. (Punctuation of Gk)

Phil 1 21: Mihi enim vivere Christus est et mori lucrum.

Gal 2 19s: Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam. Christo confixus sum cruci. Vivo autem, iam non ego: vivit vero in me Xpus. Quod (acc. neut. rel.) autem nunc vivo in carne: in fide vivo filii Dei qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me.

Gal 3 27ss: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudeus neque Graecus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.

Rom 8 29: Nam quos praescivit, et praedestinavit conformes (summorphous) fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.

Eph 3 6: Gentes esse coheredes, et concorporales, et complices promissionis eius in Xto Iesu per Evangelium

Rom 6 4-11: suvetaphnmev sumphutoi suvestaurwthn suznsomev
Eph 2 5s: et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Xto... et conresuscitavit, et consedere fecit in caelestibus in Xto Iesu

Col 2 12s: conseptuli ei in baptism, an quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis et praesutio carnis vestrae, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta

Rom 8 17: Si autem filii, et heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Xti: si tamen compatimur, ut et conglorificemur.

2 Tim 2 11s: Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, et convivemus: si sustinebimus, et conregnabimus: si negaverimus, et ille negabit nos

Eph 2 2ls; 4 16; Col 2 19 - aedificatio Xti

2 Cor 5 14s; Col 1 24; 3 1-4; Phil 3: 10 21 - amor Xti

1 Cor 12 26: membra inter se compatiuntur et congaudent

4) renati

De fide definita et catholica

a Io 1 13: quot uot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis nec ue ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt.

Io 3² 5: nisi quis renatus fuerit ex aqua et SpSo, non potest introire in regnum Dei; quod natum est ex carne, caro est; et quod natum est ex spiritu, spiritus est.

1 Io 2 29; 3 9; 4 7; 5 1; 5 4; 5 18

1 Petr 1 3; 1 23

b Tit 3 5: lavacrum regenerationis et renovationis Sp Si

Rom 8 16s; 821; 8 21; 9 8: tekva theou

Rom 8 29: primogenitum in multis fratribus

Gal 6 15, 2 Cor 5 17: nova creatura, kaivn ktisis

Eph 2 10: Ipsiis enim sumus factura (poimma), creati (ktistheutes) in Xto Iesu in ~~Wenckes~~ operibus bonis quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus.

c Iac 1 17s: Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumen, apud quem non est transmutatio vel vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creature eius. (eis to eivai nmas aparkhnv tina twv autou ktismatwv) genuit, initium creature.

d PP RJ ser 356.

e Ex I 27 2 c colligitur: generatio est origo viventis e vivente principio coniuncto in similitudinem naturae.

Regeneratio igitur est nova origo viventis e vivente principio coniuncto in similitudinem altioris naturae.

Verificatur in quantum coniungimus viventi Spiritui, unde in corbis diffunditur similis amor atque unde pergimus ad imitationem Xti et in visionem Dei.

cordibus/

Quod in iustificatione homo regeneratur spiritualiter ex Deo in novum hominem, novamque creaturam, ut novitate vitae ambulet.

1. De fide divina (SScr) et catholica (mag ord); cf DB 799 s.
2. Regeneratur, nastitur ex Deo.

Io 1 13: quotquod autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri sed ex Deo nati sunt.

Io 3 5s: nisi quis renatus fuerit ex aqua et Sp So non potest introire in regnum Dei; quod natum est ex carne caro est; et quod natum est ex spiritu spiritus est.

1 Io 2 29: omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est

1 Io 3 9: Omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare quia ex Deo natus est

1 Io 4 7: Omnis qui diligit ex Deo natus est

1 Io 5 1: Omnis qui credit quoniam Iesus est Xitus ex Deo natus est.

1 Io 5 4: Omne quod natum est ex Deo vincit mundum: et haec est victoria quae vincit mundum, fides nostra.

1 Io 5 18: Scimus quoniam omnis qui natus est ex Deo non peccat; sed generatio Dei conservat eum, et malignus non tangit eum.

1 Petr 1 3: Benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Xti, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Xti ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem...

1 Petr 1 23: renati non ex semine incorribili, sed incorribili per verbum Dei vivi et permanentis in aeternum. ... v. 25 hoc est autem verbum quod evangelizatum est in vos.

5) viva Xti membra De fide divina et catholica DB 842 800 809
AAS 35 (29 Iuv 1943) 193ss

a oeconomia salutis

Io 17 23: Ego in eis et tu in me: ut sint consummati in unum: et cognoscat mundus quia tu me misisti, et dilexisti eos sicut et me dilexisti. v. 26 ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Io 15 9s: Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos. Manete in mea dilectione. Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris mei praecepta servavi, et maneo in eius dilectione.

Io 14 20s: In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. Qui habet mandata mea, et servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: et ego diligo eum, et manifestabo ei me ipsum.

Io 14 23s: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus... 24. Et sermonem, quem audistis, non est meus: sed eius, qui misit me Patrem.

Io 14 15-17: Si diligitis me: mandata mea servate. Et ego rogaro Patrem, et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec scit eum.

Io 15 26: Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me

Io 16 13-25: Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur a semetipso: sed quaecumque audiet loquetur, et quae ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis.

principium oeconomiae: ST II II 23 l 2m, amicus amat amicos amici; est principium diffusionis dilectionis et amicitiae. Deus Pater amat Xtum Deum dilectione speciali quae est Spiritus Deus Pater amat Xtum hominem eadem dilectione: Lc 4 18s, 21 Xtus homo diligit homines et homines Xtum hominem diligunt Deus Pater et Deus Filius diligunt homines dilectione speciali et mittunt Spiritum sanctum clamantem Abba, Pater.

NB Noli cogitare aliquem influxum physicum vel morale a dilectione humana in Deum Patrem; sed cogitate hoc oeconomiae principium tamquam ordinem a Deo Patre intentum et volitum, nimepe, Pater facit Xtum hominem diligere homines et facit homines diligere Xtum hominem ut ipse homines diligit amore speciali.

Io 15 1-9: Vitis est Xtus, vos Palmites.

Io 15 12: (corollarium diffusionis amicitiae): Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

ene
et peit eum

b oeconomia salutis in Ecclesia quae est Corpus Christi, Christus mysticus

Rom 11 16-24: analogia cœlestis in olivam inserti

Rom 12 5: multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membrorum. Cf vv. 4-8.

1 Cor 12 & 13 agiou

v. 3: cf. ἡ κοινωνία του πνεύματος: 2 Cor 13 13; Phil 2 1 / eius
cf Rom 8 9: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est

vv. 4-11: divisiones gratiarum a Spiritu

vv. 12s : Christus unus

vv. 14-26: analogia unionis ex corpore

vv. 27-31: divisiones functionum in ecclesia

cap. 13: caritas et finis

Gal 3 28: Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.

vv. 21-29: lex paedagogus impotens vivificare; iustitia per fidem;
per baptismum Christus induitur, et caeterae differentiae absolvuntur.

Rom 6 3-11: baptismo induimus mortem et resurrectionem Christi. 1 Cor 5/1s.

1 Cor 10 16s: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne
communicatio sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne
participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unus corpus
multi sumus, omnes qui de uno pane participamus.

1 Cor 6 15ss: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi?
Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. An
nescitis quoniam qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur?
Erunt enim in uitio duo in carne una. Qui autem adhaeret Domino,
unus spiritus est.... 19 An nescitis quoniam membra vestra,
templum sit Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo,
et non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate
et portate Deum in corpore vestro.

Rom 16 25s: evangelium Pauli, annuntiatio Christi, revelatio
mysterii a) taciti, b) revelati, c) cogniti

Eph 1 3-14: consilium aeterni Patris

vv. 15-23: oratio ut sciamus mysterium Christi

2 1-10 : quales eramus et quid fecerit Pater per Christum in nobis

vv. 11-22: repetitur et amplificatur.

3 2-12 : intelligentia mysterii a Paulo Habita et evangelizata

v. 6 : Gentes esse coheredes et concordiales et complices
promissionis eius (promissae salutis) in Christo Iesu per evangelium

v. 8 : In Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi

v. 9 : illuminare omnes quae sit dispensatio sacramenti

(οἰκονομία του μυστηρίου)

v. 10 : ut innotescat... per Ecclesiam multiformis sapientia
Dei, secundum praefinitionem saeculorum quem fecit in Christo Iesu

vv. 14-21: oratio ut sciamus mysterium in Christo

4 1-6 : unitas in uno corpore, Spiritu, spe, Domino, fide, baptismo

vv. 11-16: augmentum corporis

vv. 24-25: deponere veterem hominem, renovamini

4 30 -- 5 2: Nolite contristari Sp., Imitatores Dei estote

Col 1 12-14 Pater qui dignos nos fecit, eripuit, transtulit
in regnum filii dilectionis sui in quo habemus remissionem peccatorum
redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum

vv. 15-17: Christus Deus

vv. 18-25: Christus caput ecclesiae

vv. 26s : mysterium.. absconditum.. manifestatum .. divitias
gloriae sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis,
spes gloriae (Christos enim, elpis doxas: cf Eph 2 12, κήρυξ
Xtou... ελπίδα μη εκχοντεῖ)

5) viva membra b oeconima salutis in Ecclesia

18

Col l 28 ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Xto Iesu.

2 2s

6s

9-15

19

3 1-4

9-11

Prat, Note M, II 479: in Xto, in Sp, quandonam aequivaleant /PUG
Tromp, De Sp So anima corporis mystici, Textus et Doc, ser theol 1&7

ST III 8 1-6 (de instrumentalitate humanitatis, Boyer , 287s)

6) Iusti. De fide definita. DB 792, 799s, 807, 821.

- a ex fide disponente, uti supra. Rom 3 21-30; 5 1; Gal:3: 8 24
- b ex baptismo et Spiritu sancto: Tit 3 5-7; Io 3 5
- c ex incorporatione in Xto: Rom 5 19; 8 1
- d ex nova creatura in Xto: 2 Cor 14-21
v. 21: Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit,
ut nos efficeremur iustitia Dei (dikaiosvn theou) in ipso.
- e in nomine Domini NIC et in Spiritu Dei nostri: 1 Cor 6 11

Scholion. De vera peccatorum remissione. Boyer p 322 Lange p 254ss

- a De fide definita: DB 792.
- b Rom 8 1: Nihil nunc damnationis
Rom 5 19: si vere peccatores, tunc vere iusti /vestra/
Act. 3 19: Convertimini ut delantur (exaleiphthnvai) peccata/
- c Rom 7 17: Nunc autem non ego operor illud sed quod habitat
in me peccatum. Ergo manet.
Manet id quod ex peccato est et ad peccatum inclinat, C. DB792
Manet quidquam damnationis, N. Rom 8, 1.
- d Rom 4 7s: (Remissa quia tecta et non imputata)
2 Cor 5 19: Non reputans illis delicta.
Concedimus facta praeterita non pr^{et} mutari: quod semel factum
est, transit immutabiliter in "factum fuisse."
* Negamus reatum culpe et etiam penae non vere auferri.
Notamus Paulum nullibi docuisse iustum coram Deo manere
peccatorem coram Deo cum iustitia mere externa et imputata.
- e Rom 8 32: Qui etiam proprio filio suo non pepertit, sed
pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo
omnia nobis donavit?
Col 1: 14 21ss; 2 9s: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo
divinitatis corporaliter: et estis in illo repleti.

* Agitur de vera et perfecta cum Deo reconciliatione.
Rom 5 10; 2 Cor 17-21; Col 2 12-14

PP. R.J sat. 355, 475

7) amici Deo. De fide definita. DB 799: ex inimico amicus.

a Deus diligit, uti supra. Rom 5 6-11

b nos diligimus. Rom 5 5; 8 35-39; 1 Cor 13 13; 2 Cor 5 14ss

ST II II 23 1: amicitia est mutuus amor benevolentiae fundatus
in communicatione cuiusdam boni.

Scil. amare est velle bonum alicui. amicos esse est
alterum alteri bonum quoddam velle.

~~Amicitia nostra cum Deo est quod ille nobis et nos illi
volumus beatitudinem divinam, quod est esse divinum~~

Amicitia nostra cum Deo in eo est quod nos ~~timem~~ illi
volumus bonum suum infinitum et ille nobis suam beatitudinem
communicare vult. Cf II II 23 1; I 26 1-4; I II 3 8; 5 1; 5 5.

pp RT sa 361

8) filii Dei adoptivi

a Adoptio est gratuita assumptio personae extraneae in statum et in iura filii.

Supponit (vel facit) aliquam communitatem naturae.

Inter iura filii maxime attenditur ius hereditatis.

~~De fide divina et catholica~~

b Distinguitur triplex adoptio in NT perfecta quae includit resurrectionem corporis, Rom 8 23 Vt si remota, quae in Israelitis habebatur, Rom 9 4 proxima, de qua in thesi.

c De fide divina et catholica.

d Filii Dei: vide supra, "renati"

e adoptivi

Io 17 23: dilexisti eos, sicut et me dilexisti

Quos Deus Pater diligit sicut Filium suum, eos in statum et iura filii assumit. Atqui...

Gal 4 5s: misit Deus Filium suum.... ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum recipieremus. Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.7. Quod si filius, et haeres per Deum

Eph 1: 5 13s: Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Xtm in ipsum 13 signaci estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae.

Rom 8 15-17

pp RJ ac 359

9) haeredes scdm spem vitae aeternae

DB 799: de fide definita.

a uti supra, "filii adoptivi"

b Tit 3 7: ut iustificati gratia ipsius, haeredes simus
scdm spem fitiae aeternae.

c tt. scmd spem

Rom 8 17: Si autem filii, et haeredes; haeredes quidem
Dei, cohaeredes autem Xti: si tamen conpatimur, ut et conglomerificemur

Rom 8 23: adoptionem filiorum Dei exspectantes, redemptionem
corporis nostri. 24. Spe enim salvi facti sumus

Rom 11 22-24: cleaster insertus excidi potest

1 Cor 9 27: sed castigo corpus meum, et in servitutem redigo:
ne forte cum aliis praedicaverim, inse reprobis efficiar

1 Cor 10 12: Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat
Apoc 3 11

PP RJ ser 360

10) consortium divinae naturae ineunt

a de fide ex SScr et Trad.^{DG, 042}, (Lennerz p 87; Lange p299 §406)

b 2 Petr 1,4 (exegesis difficilior, Lange, p 300f §408)

iva dia toutwv gevnsthe theias koivwvoi phusews

a' promissa vel promissiones iam sunt data ut, postquam corruptionem concupiscentiae fugeritis, efficeretis consortes divinae naturae

b' quandonam eritis consortes: post dispositiones ad iustificationem an^p post mortem?

non determinatur per aoristum subiunctivum, gevnsthe, quod modum et non tempus actionis dicit

c' ex generali contextu NT, concluditur ad aliquod consortium in ipsa iustificatione: sumus enim filii, tekva theou, nati ex Dec, regenerati, adoptati in statum et iura filii

c PP RJ ser 358

II) astruitur nexus, i.e., non separantur quae hic enumerantur sed et simul fiunt et, si quis peccat, omnia abeunt.

Tit 3 4-7: Cum autem benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiae tuae fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum 4) regenerationis et 3) renovationis Spiritus sancti 2) quem effudit in nos abunde 5) per Iesum Xtm salvatorem nostrum, ut 6) iustificati gratia ipsius 9) heredes simus secundum spem vitæ aeternæ.

Membrum Xti vivum et donum Spiritus

Rom 8 9: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Xti non habet, hic non est eius.

Donum Spiritus, filii Dei, adoptio, haereditas

Rom 8 14-17; Gal 4 4-7

Donum Spiritus, caritas

Rom 5 5

Si amor Xti, inhabitatio P et F

Io 14 23

11) astruitur nexus negativus

Quod haec iustitia et sanctitas coram Deo amitti potest,
et quidem omni et solo peccato mortali amittitur.

Lennera 252-58

1. Contra Calvinum qui statuit iustitiam Dei inamissibilem;
ideoque docuit eos qui post baptismum peccant mortaliter numquam
vere et realiter fuisse iustos sed tantum falso reputatos esse
iustos.

Contra Lutherum qui statuit hominem iustificari fide
fiduciali, ideoque docuit hominem qui Deo fudit non mortaliter
sed tantum venialiter peccare quidquid faciat.

2. Amitti potest.

DB 805-807; 833 cf 839; 1393.

Rom 11 22 ss

1 Cor 9 27

1 Cor 10 12

Apoc 3 11

R ser 365

3. Omni peccato mortali amittitur

DB 808 837 862

1 Cor 6 9

Gal 5 19-21

Eph 5 5

Apoc 21 8

Rom 2 13; 2 6 (Rom 2 13 = Iac 1 22)

Iac 1 15

R ser 364

4. Solo peccato mortali amittitur.

DB 804 (linea 12a: Licet enim...); 107; 899 lin 22 Nam venialia..

Iac 3 2: In multis offendimus omnes; sed non vult dicere
omnes esse iniustos; secus frustra "Deus genuit nos verbo
veritatis ut simus initium aliquod creaturae eius" Iac 1 18

Mat 6 12: Demitte nobis debita nostra; est oratio iusti
scdm Carthag DB 107

Quod haec coram Deo iustitia et sanctitas augerā potest
et debet per observationem mandatorum et conformatiōnē cum
Christo Iesu, neque perfecte comprehenditur antequam ad
resurrectionem occuramus et bravium a iusto iudice accipiamus.

- A. Augeri potest et debet.
DB 803 2.

- B. Per observationem mandatorum.
DB 804
Rom 2 13
Iac 1 22

- C. Per conformatiōnē cum Xto Iesu. Rom 8, 28ss.
Cf. iustitiam esse scdm normas divinas nobis per Xtum
revelatas.

- D. Neque perfecte comprehenditur
Phil 3 11-14 (q. Rom 8,35ss; 1Cor 6 4-10; 1Cor 9 24-27
Rom 8,23

- E. A iusto iudice
2 Cor 5 10
Rom 2 6
Mt 25 31-46

Gratia sanctificans.

Gratia sanctificans est accidentis in genere qualitatis ad speciem habitus reducendum; non est virtus sed in essentia animae subiectatur. Boyer p. 186. ST I II 110 1-4

Quid sit? specialissima quedam participatio divinae naturae. est enim absolute supernaturalis, neque enim promeretur DB 801 neque a substantia finita promereri potest.

Cf. Lange pp 307-12; §§415-19. Eo quod hoc ens habemus, sumus consortes divinae naturae.

1. Videtur adesse contradictionem.

Aut ista participatio est finita vel infinita.

Si infinita est, non est participatio sed ipse Deus.

Si finita est, non divina est, nam Deus natura sua est infinitus; neque absolute supernaturalis est, quia finitum accidenti, finita substantia proportionatur.

2. Praeterea per nullum ens finitum potest constituere donum infinitum et increatum.

Et hoc constat inserviendo theorias propositas.

Deus inhabitat in quantum producit hoc ens supernaturalis.

Scil., Deus est ubique, uia ubique operatur. Ergo producendo ens absolute supernaturalis, est magis praesens; quae maior praesentia dicitur inhabitatio.

Apparet inhabitare hoc ens finitum; apparet Deum esse magis praesentem quam in producendis veribus; non apparet Deum esse hospitem inhabitantem et manentem imo donum datum.

Unde alii dicunt Deum inhabitare per maiorem assimilationem: scdm Neoplatonicos statim non facit absentiam inter spiritus puros sed sola diversitas; quia ergo per gratiam anima Deo assimilatur, Deus dicitur inhabitans, et ideo donum.

Apparet imaginem dari et inhabitari; non apparet auctorem imaginis dari nisi in similitudine et non in re.

Unde alii dicunt Deum inhabitare in quantum habetur; habetur vero in quantum cognosci et amari potest.

At videtur etiam absens et non datum potest cognosci et amari.

Unde alii dicunt duas vel tres ex his viis simul esse sumendas.

3. Praeterea patres non ponunt nostrum consortium divinae naturae in dono creato sed increato.

Athan: RJ 766, 770, 780 [¶780: si Spiritus qui nobis datur esse creatura, non essemus participes Dei sed creaturae]

Did Alex: RJ 1071: ipse Spiritus substantialiter participatur; unusquisque

Cyr Alex: RJ 2107: quia Spiritus est Deus et non creatura, sumus ex Deo nati, deiformes, consortes divinae naturae

4. Ulterius PP faciunt filiationem adoptivam ex Xto et SpSo

Athan RJ 766 788

Cyr Hier RJ 813 cf Clem Alex 407

Cf etiam 948 1273 1433 1777 2106

5. Ulterius PP admittunt effectum in creatura, nempe imaginem Dei Adamo impressam et peccato obscuratam. Gen 1 26. Cuius restauratio est iustitia et sanctitas.

RJ 31 253 361 746 973 1282 1698 2080 2106.

6. Unde scdm Petavium docuerunt PP GG habitum caritatis ~~mixt~~ esse vinculum seu nexum quo SpSo unimur 2) ipsum Spiritum nos facere filios adoptionis 3) ita quidem ut nullo vinculo exsidente solus Spiritus per suam substantiam nos facheret filios Dei 4) quamvis tres personae inhabitent, tamen solum Spiritum adesse tamquam formam vel quasi formam nostrae iustificationis

Boyer, p 167

de PP GG: J Mahé, rev d'hist eccl., 10 1909 30-40 469-92

7. Unde variae TT sententiae.

ante aetatem auream saec XIII, P Lombardus docuit caritatem nostram in nobis non esse creatam virtutem sed ipsum Spiritum.
Boyer p 166.

L Lessius (Lennerz 121-24) distinxit inter nudam entitatem gratiae et eiusdem habitudinem ad SpSm; negavit necessariam connectionem; docuit nos iustificari per nudam entitatem creatam, fieri filios adoptionis et participes divinae naturae per nexus cum SpSo.

M Scheeben Mysterien §30 Dogmatik II §832ff Boyer 168 Lange §455

Donnelly Mal., TS § 1946 244-80 ProcTheolSoc 1949 pp 39-89

S docet iustificationem constitui non per solam entitatem finitam sed etiam per donum increatum tripersonale quod est quasi forma. Ubi desinit metaphora, non clarum.

D donet Sp Sm adesse non per solam appropriationem neque ~~per~~ exclusive proprie sed proprie; quod explicat per imaginem quamdam trium personarum

Similia pud Passaglia Schrader de Regnon Wallefaert. DTC 6 1615

8. Boyer insistit donum gratiae et donum Sp non esse duo dona separativim consideranda, et citat I 43 3. p. 180

Lange similiter vult unum donum totale, p 343 §455 fin.

Pesch II 678 approbante Lennerz p 124 note 130 docet unicum errorem Lessii esse in separabilitate gratiae et doni increati

9. Communiter docetur donum Sp dici de Sp per appropriationem
Boyer p 175

10. Conc Flor DB 703 "omniaque sunt unum ubi non obviat relationis oppositio." fin

11. Conc trid DB 799 "unica causa formalis est iutitia Dei non qua ipse iustus est sed qua ipse nos iustos facit."

De publici iustitia, Lange pp 260ss §§359ss; p343 §455

12. Non videtur explicari posse vivum Xti membrum, corpus mysticum qua vivens, per ens in anima absolute consideratum

Et tamen filiatio adoptiva inter effectus formales secundarios gratiae reputatur, Boyer p 185

De Natura Gratiae Sanctificantis: Praenotamina.
I. De causa formalis et effectibus formalibus.

1. Veritas consistit in adaequatione intellectus et rei.
2. Methodus metaphysica in eo consistit quod, supposita intellectus veritate, determinatur quaenam entia ad rem constituendam et requirantur et sufficiant.
 Ita, supposito verum esse Socratem esse hominem, queritur quid requiratur et sufficiat ut homo sit; respondetur vero requiri et sufficere formam substantialem humanam.
3. At etiam ordine inverso procedi potest. Supposito enim Socratem habere formam substantialem humanam, quaeri potest quaenam iudicia intellectus adaequationem veritatis habeant in ista forma fundatam. Quae quaestio est s de effectu formalis.
4. Proinde effectus formales quadrupliciter dividuntur: sunt enim vel primarii vel secundarii; sunt praeterea vel immanentes vel transcendentes.

a Effectus formalis primarius et immanens est id quod vere dicitur de subiecto propter intrinsecum ipsius subiecti constitutivum.

Ita propter formam substantialem humanam in Socrate, vere dicitur de Socrate quod est homo.

b Effectus formalis secundarius et immanens est id quod vere dicitur de subiecto propter consecutarium distinctum et necessarium quod fluit ex intrinseco ipsius subiecti constitutivum.

Ita quia intellectus possibilis est consecutarium distinctum a forma substantiali humana, quia necessario fluit ex forma substantiali humana, ideo intellectus possibilis est effectus formalis secundarius et immanens in forma substantiali humana fundatus.

c Effectus formalis transcendens est id quod vere dicitur de alio subiecto propter intrinsecum alterius subiecti constitutivum.

Ita propter realem dependentiae relationem in creatura, non solum habetur effectus formalis immanens quod haec res est a Deo creata, sed etiam effectus formalis transcendens quod Deus hanc rem creavit.

Ex quo provenit nota distinctio inter ea quae entitative et terminative de Deo dicuntur: entitative enim dicuntur effectus formales immanentes, v.g., Deum esse sapientem; terminative dicuntur effectus formales transcendentes, v.g., Deum creare, conservare, cooperari, esse finem totius creationis, et eiusmodi.

d Effectus formalis secundarius et transcendens est id quod vere dicitur de alio subiecto propter distinctum et necessarium consecutarium constitutivi intrinseci in alio subiecto recepti.

Ita, qui primario dicitur causa animae, secundario dicitur causa potentiarum ex anima profluentium.

III. De Amore Divino.

1. In divinis alia sunt essentialia et alia notionalia.

Essentialia sunt quae pariter de tribus personis vel affirmantur vel negantur. Ita P F S et sunt et intelligunt et amant et creant et conservant et omne attributum divinum et absolutum aequaliter possident.

Notionalia sunt quae de alia persona divina affirmantur et de alia negantur. Ita Pater generat, at Filius non generat neque Spiritus sanctus. Similiter Filius generatur, at Pater non generatur neque Spiritus sanctus.

2. Quod de una persona divina dicitur, aliis omissis, aut per appropriationem dicitur aut proprie.

Per appropriationem dicitur quod essentialis est, v.g., Pater est omnium creator.

Proprie dicitur quod notionale est, v.g., Pater Filium generat, vel Pater et Filius Spiritum spirant.

3. Simplici regula discernuntur essentialia et notionalia.

Essentialia enim praescindunt a relationibus trinitariis.

Notionalia in sua ratione relationem trinitariam includunt.

Unde regula conc. Florentini: "omnesque "omniaque unum sunt, ubi non obviat relationis oppositio." DB 703 ad fin.

4. Amor divinus dupliciter sumitur: essentialiter et notionaliter.

Amor divinus essentialis est ipse actus purus seu divina essentia. Scdm hunc amorem pariter amant P F S. Quod si de una aliave persona praedicatur, alia aliisve omissis, per appropriationem dicitur.

Amor divinus notionalis est ipse Spiritus sanctus. Scdm hunc amorem Spiritus non tam amat quam est; est enim ipse Amor procedens. Secundum hunc amorem Pater et Filius amant eo sensu quod huius amoris principium sunt atque fons.

5. Cum radix donationis sit amor, virtualiter in amore omnis donatio iam continetur. Unde, primum donum est ipsius amoris unde omnia alia dona flumnt.

Quare cum Spiritus sanctus est ipse amor divinus procedens, etiam proprie nominatur donum. I 38 aa 1 et 2.

6. Quidquid dicitur contingenter ~~ad extra~~ de Deo, postulat terminum convenientem ad extra.

Quod enim vere dicitur, habet adaequationem veritatis.

Quod contingenter de Deo dicitur, non potest habere totam veritatis adaequationem in solo Deo, nam Deus est ens simplicissimum et absolute necessarium et ideo per se solum non praebet fundamentum veritatis contingentis.

Aliis verbis, quod contingenter dicitur de Deo scdm quod contingens est, effectus formalis transcendens est cuiusdam termini ad extra.

7. Idem terminus ad extra potest habere multos effectus formales transcendentes.

Supposito enim quodam bono finito, verum est 1) Deum id produxisse, nam omnium est causa prima, 2) Deum id ex amore produxisse, nam motivum actionis divinae est bonitas divina amata et imitanda, 3) Deum id amare, nam iustus est Deus et ideo quae bona sunt ut bona amat.

Quare distinguendum est inter aspectum effectivum amoris divini et aspectum constitutivum. Amor effectivus est qui aliquid producit. Amor constitutivus est cui aliquid amat.

8. Statuitur theorema fundamentale.

Essentialiter et ideo pariter de tribus personis dicitur omnis ~~creare~~ amor divinus inquantum est principium effectivum.

DB 704: Sed Pater et Filius non sunt duo principia Spiritus sancti, sed unum principium; sicut Pater et Filius et Spiritus sanctus non tria principia creaturae sed unum principium.

AAS 35 1943 231: "Ac praeterea certissimum illud firma mente retineant, hisce in rebus omnia esse habenda communia, quatenus eadem Deus Deum ut supremam efficientem causam respiciant."

Ratio est: divina essentia est una; principium vero est ipsa divina essentia; ergo principium est unum.

Ad min. Principium dicit perfectionem proportionatam principiato. Porro Deus proportionatur effectibus producendis quia est ipsum esse, seu esse per essentiam suam. Quare principium dicit ipsam essentiam communem tribus personis in creatione vel productione, sicut dicit ipsam essentiam communem Patri Filioque in processione Spiritus sancti.

Corollarium: omnis prorsus gratia, inquantum respicit amorem divinum ut principium effectivum, eo ipso respicit amorem non notionalem sed essentialiem.

Si vero eiusmodi amor de una persona praedicatur, aliis omissis, haec praedicatio non est propria sed per appropriationem.

9. Statuitur theorema complementarium.

Non omnia quae contingenter de divinis personis dicuntur, per appropriationem dicuntur.

Nam solus Deus Filius incarnatus est: Pater non est factus homo; Spiritus sanctus non est factus homo. Tamen contingens est uod Filius factus est homo, nam non evenit necessitate absoluta.

10. Nam Imo, non omnia quae de divinis personis in materia gratiae dicuntur, per appropriationem dicuntur.

Ex S. Thoma, I 43 3; missio personae divinae dicitur non per appropriationem sed proprie, nam alia persona mittit et alia mittitur ita ut qui mittat non mittatur et qui mittatur non mittit; proinde sunt missiones ~~divinae~~ personarum divinarum secundum donum gratiae gratum facientis.

Ex eodem, I 38 aa 1 et 2: donum est nomen personale et proprium Spiritus sancti; et hoc donum dicitur datum creaturae secundum effectus temporales: a 1, 3m 4m; a 2, 3m.

Ex eodem, I 37 2 3m: Sicut Pater dicit se et omnem creaturam Verbo quod genuit... ita diligit se et omnem creaturam Spiritu sancto.... Et haec sunt non materialia essentialia sed notionalia; nam agitur de Verbo qua genito et de Spiritu qua procedente; et solum Verbum generatur sicut solus Spiritus procedit.

De Natura Gratiae Sanctificantis: Praenotamina.

III. De Fundamento Gratiae Ontologico.

1. Quattuor sunt gratiae quibus eminentius hoc nomen competit, nempe, gratia unionis, lumen gloriae, gratia sanctificans, et virtus caritatis.

Gratia enim unionis est illud ens finitum in humanitate Xti receptum ut existat per esse personale Verbi divini. Haec ergo gratia est terminus ad extra scdm quem vere dicitur "Verbum caro factum est." III, 17, 2.

Lumen gloriae est illud ens finitum quo disponitur intellectus creatus ad recipiendum divinam essentiam tamquam speciem intelligibilem et ita ad videndum Deum sicuti in se est. I 12 2 c.

Gratia sanctificans est illud ens finitum quo renascitur et regeneratur substantia finita ad participandam ipsam vitam divinam.

Caritas vero est illud ens finitum quo substantia finita et regenerata habitualiter possidet veri nominis amicitiam cum Deo.

2. Caeterae vero gratiae sunt magis dispositiones ad gratias supra memoratas vel consecaria ex iis profluentia.

Fides enim et spes desunt tum in Xto homine tum in beatis.

Dona Spiritus sancti pertinent non ad ipsam vitam supernaturalem sed ad operationes huic vitae consentaneas.

Temperantia et fortitudo, resurrectio corporis eiusque glorificatio desunt in angelis.

Prudentia et iustitia specialis, v. g., commutativa, distributiva, et legalis, adaptant naturam elevatam consequenter ad suam elevationem.

3. Quare hic agitur non de fundamento ontologico cuiuslibet gratiae sed de fundamento quattuor supra nominatarum.

Explicandum enim est, quantum fieri potest, cur hae gratiae tantae perfectionis sint ut ipsum esse subsistens ~~modificando~~ quodammodo tangant.

4. Porro, ipsa divina essentia est prima causa exemplaris quam imicatur scdm aspectum quendam vel rationem omne prorsus ens finitum sive creatum sive creabile, sive substantiale sive accidentale est.

At divina essentia duplice considerari potest.

Primo modo, prout absoluta est et tribus personis divinis communis.

Alio modo, prout re identificatur cum hac vel illa reali relatione trinitaria, sive cum paternitate, sive cum filiatione, sive cum spiratione activa, sive cum spiratione passiva.

Proinde cum omnis substantia finita sit quedam res absoluta, conveniens videtur dicere eam imitari divinam essentiam scdm quod illa essentia absolute sumatur.

Cum vero quattuor gratiae eminentiores cum ipsa vita divina intime connectantur, conveniens videtur dicere eas imitabi divinam essentiam scdm quod re identificetur cum hac vel illa reali relatione trinitaria. Et sic gratia ~~unionis~~ unionis divinam paternitatem, lumen gloriae divinam filiationem, gratia sanctificans spirationem activam, virtus vero caritatis spirationem passivam imitantur et modo finito participant.

IV. Scdm effectus formales et immanentes.

1. Effectus formalis immanens et primarius gratiae sanctificantis est quod facit habentem divinas naturae participem.

Haec enim gratia imitatur ad extra divinam essentiam scdm quod identificatur cum spiratione activa. Iam vero spiratio activa pertinet ad ipsam naturam vitamque divinam et trinitariam. Et scdm hunc aspectum cum relativus sit, nulla substantia finita, quippe res absoluta, divinam essentiam imitari potest.

2. Alius effectus formalis, immanens, et primarius gratiae sanctificantis est quod facit hominem Deo gratum atque amabilem amore divino speciali.

Cum spiratio activa sit principium Spiritus sancti, etiam est principium ipsius amoris divini procedentis. Iam vero principium amoris est amabilitas, ideoque spiratio activa est Deus qua amabilis, qua amoris principium. Quia ergo gratia sanctificans imitatur spirationem activam, imitatur Deum prout Deus est amabilis, ideoque facit habentem Deo gratum et speciali divino amore amabilem.

3. Effectus formalis, immanens, sed secundarius gratiae sanctificantis est virtus infusa caritatis. Ex enim gratia sanctificante profluit virtus caritatis, sicut et potentiae ex essentia animae. I II 110 3 c; 4 lm.

Nam sicut spiratio activa se habet ad passivam, ita etiam gratia sanctificans se habet ad virtutem caritatis. Sicut enim gratia sanctificans imitatur spirationem activam, ita virtus caritatis imitatur spirationem passivam.

Iam vero spiratio activa sed habet ad passivam sicut principium ad principiatum. Ideoque gratia sanctificans se habet ad virtutem caritatis sicut principium ad principiatum.

Praeterea, spiratio activa et passiva sunt realiter distincta, correlativa, inseparabilia, et aequalia. Ideoque gratia sanctificans et virtus caritatis sunt realiter distincta. Infusa gratia, infunditur et caritas; sublata grx caritate, tollitur gratia; et mensura gratiae est eadem in eodem ac mensura caritatis.

4. Pro diversis statibus alii sunt effectus formales, immanentes, et secundarii gratiae sanctificantis.

In viatoribus adsunt fides et spes.

In dirigendis ad normas divinas sunt dona Spiritus sancti.

In perficiendis in parte rationali sunt prudentia et iustitia specialis, nempe, iustitia communitativa, distributiva, legalis.

In perficiendis in parte sensitiva sunt fortitudo et temperantia.

5. Effectus formalis immanens et mixtus gratiae sanctificantis est regeneratio vel renascentia in novam vitam.

Regeneratio enim est qua personae existenti advenit nova natura, scil., novum principium primum et remotum operandi et nova principia proxima operandi.

Iam vero per gratiam sanctificantem advenit creaturae rationali existenti, primario quidem ipsa gratia quae est principium primum et remotum operandi supernaturaliter et meritorie, secundario vero virtutes infusae et dona quae sunt principia proxima vitae supernaturalis.

De Natura Gratiae Sanctificantis.

IV. Scdm effectus formales immanentes.

34

6. Alius effectus formalis, immanens, et mixtus gratiae sanctificantis est ut creatura rationalis sit justa illa Dei iustitia qua nos iustos facit.

Iustitia ipsius Dei in primis est veritas (I 21 2), non tamen prout est in ipso intellectu solo sed prout in intellectu existens dirigit et movet voluntatem. Et sic iustitia Dei est Verbum spirans amorem seu spiratio activa.

Ulterius vero iustitia ipsius Dei sumi potest prout est non solum in intellectu dirigenti et moventi sed etiam in voluntate attracta et volente. Et sic iustitia Dei est per coniunctionem spirationis activae et passivae.

Tertio denique iustitia Dei sumi potest scdm quod intellectui et voluntati divinae accedit divina omnipotentia executrix.

Scdm primam considerationem iustitia Dei qua nos iustos facit est sola gratia sanctificans. Scdm alteram considerationem eadem ~~ma~~ iustitia est gratia sanctificans cum caritate. Scdm tertiam considerationem est gratia sanctificans cum omnibus virtutibus et donis infusis. Et haec est illa iustitia scdm quam homo interne rectificatur ut corous rationi et ratione Deo subdatur.

De diversis iustitiae conceptibus, Lange p 290 §396.

De Natura Gratiae Sanctificantis.

35

V. Scdm effectus formales et transcendentales.

1. Gratia sanctificans exserit effectus formales transcendentales.

Quocumque enim contingenter de Deo dicitur, non entitative sed terminative dicitur.

Iam vero multa contingenter de Deo dicuntur scdm gratiam sanctificantem, puta, quod Deus hunc hominem gratum facit, quod Deus eum amore speciali diligit.

Existunt ergo effectus formales et transcendentales gratiae sanctificantis.

2. Qui effectus formales et transcendentalis sunt duplicis generis.

Nam gratia sanctificans considerabi potest tum ut effectus amoris divini (nam ex amore Deus gratiam in homine producit) tum etiam ut terminus amoris divini (nam Deus amat hominem gratum factum).

3. Effectus formales transcendentales gratiae sanctificantis ut effectus respiciunt amorem divinum essentialiem.

Uti enim vidimus, omnes tres personae pariter sunt unum principium effectivum omnis et cuiuscumque creaturae. Pariter ergo de tribus personis praedicatur hic amor divinus effectivus. Amor denique qui pariter de tribus personis praedicatur est amor essentialis.

4. Effectus formales transcendentales gratiae sanctificantis ut termini respiciunt amorem divinum notionalem.

Hoc assertum proponitur ut probabile probabilitate intrinseca; ea enim quae in SSer et in Patribus dicuntur circa habitudines diversas divinarum personarum ad iustos postulare videntur ut gratia sit terminus amoris divini notionalis.

Quod vero in contrarium a theologis adducitur, non plus probat quam quod ulti concedimus, nempe, gratiam non ut terminum sed ut effectum respicere amorem divinum essentialiem.

De Natura Gratiae Sanctificantis.

V. Scdm effectus formales et transcendentales.

36

5. Effectus formalis transcendentalis gratiae sanctificantis in Xto homine est quod Deus Pater diligit Filium ut hominem amore notionali qui est Spiritus sanctus et donum.

a Arguitur ex baptismo Xti: Mt 3 13ss; Mc 1 9ss; Lc 3 21s; Io 1 31s.

b Praenotantur:

a' Xpus ut homo habuit gratiam sanctificantem (III 2 1) a primo instante suae conceptionis (III 34 1) et quidem modo illimitato (III 7 9-12).

b' Baptismus Xti manifestat externe illam gratiam quam interne semper habuit.

Nam 1) semper habuit dilectionem Patris et donum SpSi quae externe manifestantur per vocem et columbam, et 2) finis baptismi Xti erat externe demonstrare quid baptizatis advenit. Ita Clem Alex, Cyr Hier, Ambr, Aquin, RJ 407 813 1273; III 39 8 c.

c' Omnia suaecumque producuntur, a tribus personis producuntur; cuiusmodi sunt 1) columba, 2) vox de caelo, 3) corpus, anima, et gratia Xti. III 39 8 2m.

d' Id quod significatur est personale et proprium. III 39 8 2m.
Solus Pater habet Filium, ideoque solus Pater dicere potest Filius meus dilectus.

Solus Filius est incarnatus.

Solus Spiritus representatur sub specie columbae.

e' Ab aeterno et necessario Pater diligit Filium ~~Spiritus sanctus~~ ut Deum Spiritu sancto. I 37 2 c.

f' Ex tempore et contingenter Pater diligit Filium ut hominem Spiritu sancto. Quod, quia contingens est, postulat terminum ad extra convenientem. Qui terminus conveniens est sola gratia sanctificans. Nam imicatur ad extra spirationem activam qua Pater diligit.

g' Ab aeterno et vi suae processionis Spiritus sanctus est donum. I 38 aa 1 et 2.

h' Ex tempore et contingenter Spiritus sanctus huic homini datur. Quod, quia est contingens, postulat convenientem terminum ad extra et hic terminus conveniens est gratia sanctificans. Imitatur enim spirationem activam et ideo habet relationem specialem ad ipsam passivam spirationem quae est Spiritus sanctus.

c' Preponitur argumentum.

~~Scdm SScr ipse Pater diligit ipsum Filium et ipse Spiritus est donum Xto collatum. Non per appropriationem dicitur Pater diligere; non per appropriationem dicitur Filius diligi; non per appropriationem Spiritus significatur ut donum datum.~~

Ergo a

c Proponitur argumentum.

Gratia sanctificans est terminus amoris divini notionalis si ipse Pater diligit, ipse Filius ut homo diligitur, et ipse Spiritus sanctus est donum Xto homini collatum.

Atqui scdm SScr Filius proprie et non per appropriationem diligitur; Pater proprie et non per appropriationem diligit; Spiritus proprie et non per appropriationem dono confortur.

Ergo gratia sanctificans in Xto homine est terminus amoris divini notionalis, quo Pater diligit Filium Spiritu sancto.

in Xto homine

De Natura Gratiae Sanctificantis.

V. Scdm effectus formales et transcendentales.

57

simili/

6. Effectus formalis et transcendentalis gratiae sanctificantis in iustis est ut Deus Pater eos diligit/eadem dilectione qua Filium ut hominem diligit.

a Arguitur ex Io 17 23: dilexisti eos sicut et me dilexisti.

b Praenotatur:

a' Ex ipso textu, ex contextu, et ex antecessis (V, 5) constat ipsum Patrem proprie et non per appropriationem diligere ipsum Filium ut hominem proprie et non per appropriationem.

b' A pari, ipse Pater proprie et non per appropriationem diligit eos qui credituri erant in Xtum.

c' Haec dilectio est contingens ideoque postulat convenientem terminum ad extra. Qui terminus conveniens est gratia sanctificans.

c Proponitur argumentum.

Gratia sanctificans est in iustis terminus amoris notionalis si Pater iustos diligit sicut et Filium diligit.

Atqui Pater iustos diligit, sicut et Filium diligit.

Ergo...

mai: nam ex asserto antecedente, Pater Filium amore notionali diligit.

min: ex textu Io 17 23.

d

7. Ideoque per gratiam sanctificantem efficimur filii Dei adoptivi.

a Factum iam constat: Rom 8 15s; Gal 4 5s; Eph 1: 5 13.

b Ille est filius adoptivus qui 1) non est filius naturaliter genitus et 2) diligitur a Patre sicut et ab eodem Patre diligitur Filius suus proprius.

Atqui 1) iusti non sunt naturaliter filii Dei sed "natura filii irae" Eph 2, 3, et 2) diliguntur a Deo Patre sicut Filius suum proprius, Io 17 23.

Ergo...

8. Ideoque sumus heredes scdm spem vitae aeternae.

a Nam qui vere adoptatur, haeres efficitur. Ex ipsa notione adoptionis. Pariter ex Rom 8 17; Gal 4 7.

b Tantum scdm spem. Tit 3 7. Quia adoptio alia est incompleta Rom 8 15s, et alia completa Rom 8 23.

c Quod sic exponi potest.

Scdm S. Thomam adoptiva filiatio est assimilatio ad Filium naturalem, III 23 3 c.

Per gratiam sanctificantem assimilamur Filio inquantum est Verbum spirans amorem.

Per lumen gloriae assimilamur Filio inquantum est Filius seu Verbum a Patre genitum.

9. Quaeritur utrum filiatio adoptiva sit entitas quaedam in nobis recepta an denominatio extrinseca ex amore paterno adoptante.

Respondetur adoptionem tria dicere: 1) mutatio et conservatio in nobis a tribus divinis personis producta; 2) ipse effectus productus; 3) ipse amor paternus in filios adoptatos.

Quae omnia dicuntur scdm gratiam sanctificantem, aliter tamen et aliter. Mutatio enim et conservatio dicuntur scdm relationem gratiae ad causam efficientem. Ipse effectus productus dicitur nos scdm assimilationem ad Filium naturalem. Ipse amor paternus qua erga dicitur scdm effectum transcendentalem gratiae sanctificantis.

10. Effectus formalis et transcendentalis gratiae sanctificantis in iustificatis est ut vivant ad modum membrum Xti.

a Praenotantur:

a' Corpus mysticum est Ecclesia. Col 1: 18 24. AAS 35 1943 199ss.

NB Quamvis saepius haec encyclica S. Thomam citat et laudet, non tamen citat III q 8, neque eo modo quo Angelicus corpus mysticum concipere videtur. Aquinas enim de Xto capite hominum et angelorum loquitur; Encyclica vero, de corpore, quod est ecclesia his in terris militans et hierarchice organizata, loqui intendit. p 193.

b' omnes et soli sunt membra qui 1) baptizati 2) veram fidem profiventur neque 3) apostatae neque 4) excommunicati sunt. Ibid. 202

c' qui peccato mortali infecti sunt, non omnem vitam amiserunt; si quidem fidem et spem retinent et gratis actualibus ad poenitentiam moventur. Infirmi sunt sed non simpliciter demortui ut membra. Ib. 203

d' viva tamen Xti membra proprie dicuntur quae sana sunt, caritatem habent, et mereri vitam aeternam possunt. DB 842. Ibid. 203.

e' quae vita duplice consideri potest: primo modo, ut vita est; alio modo, prout est vita quae membro competit.

proinde, inquantum vita est, est effectus formalis et immanens gratiae sanctificantis; in eo enim consistit quod principium intrinsecum primum seu remotum recipitur ex quo profluunt virtutes infusae et dona SpSi e quibus per adiutorium gratiae actualis elicuntur operationes huic vitae consentaneae.

attamen, inquantum est vita ad modum membra, hanc vitam in nobis habemus propter Xtum et in Xto et cum Xto.

f' membrum corporis mystici et membrum corporis organici non sunt eodem modo concienda.

in corpore organico membrum non habet propriam subsistentiam et unice destinatur in bonum totius.

in corpore vero mystico membrum retinet propriam subsistentiam neque membra sunt propter corpus sed corpus propter membra.

AAS 35 1943 221s. Membra sunt personae; personae sunt propter se (CG III 112); manent supposita distincta, et actiones sunt suppositorum.

Ibid. 231: "omnem nempe ex reiciendum esse mysticas huius coagmentationis modum, quo christi fideles quavis ratione ita creatarum rerum ordinem praetergrediantur atque in divina perpetram invadant ut vel una sempiterni Numinis attributio de iisdem tamquam propria praedicari queat."

De Natura Gratiae Sanctificantis

V. Scdm effectus formales et transcendentales.

10. Vita ad modum membra.

40

b Declaratur qualis sit vita ad modum membra.

a' Quamvis corpus sit propter membra, tamen membra sunt propter Xtm; imo sunt Xti.

I Cor 3 23: "omnia enim vestra sunt; vos autem Xti; Xts autem Dei." AAS 43 35 1943 222. Cf "esse alicuius" I 21 1 3m.

I Cor 6 15s: membra nostra sunt membra Xti, unde fornicator tollit membra Xti facit ea membra meretricis.

I Cor 6 19s: non estis vestri. Empti enim estis pretio magno.

Rom 14 8: Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus sive morimur, Domini sumus.

b' Quia sumus Xti, nobis ipsis mori debemus.

Lc 9 23: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam cotidie, et sequatur me. Qui enim voluerit anima suam salvam facere, perdet ~~sam~~ illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam. Cf. Lc 17 33.

Io 12 24s: Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam in hoc mundo, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vicam aeternam custodit eam.

Rom 6: 3 conseptuli enim sumus cum illo per baptismum in mortem 5 complantati facti sumus similitudini morti eius 8 mortui sumus cum Xto 11 ~~mota~~ mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo 18 liberati autem a peccato, servi facti estis iustitiae. 22 liberati a peccato, servi autem facti Deo

2 Cor 5 14ss Charitas enim Xti urget nos: aestimantes hoc quoniam si unuspro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: et pro omnibus mortuus est Xts: ut, et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

. Gal 2 19ss; 3 27ss; Phil 1 20s.

c' Sibi mortui, Xto vivimus vita Xto propria et nobis gratuito propter Xtm collata.

Col 3 3: Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Xto in Deo.

Quia Xts est Filius naturalis, ei soli debetur dilectio paterna, donum Spiritus, gratia sanctificans, et caetera consectaria; quia ei soli haec vita debetur, ei est propria.

Quia sumus filii irae, haec vita nobis est indebita. Imo, cuilibet creature est indebita etiamsi numquam peccet. peccaverit.

Io 14 21: Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit, diligetur a Patre meo.

Io 6 58 : Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem, et qui mandat me, et ipse vivet propter me.

d' Quae vita nobis confertur scdm coniunctionem cum Xto.

Io 15 1ss: vitis et palmites. Manete in dilectione mea.

Compati, commori, concorporales, complantati, convivificare, conresuscitare, consedere. Rom 8 29 conformes, primogenitus in multi-

e' Meritum et finis attinguntur quatenus sumus viva membra Xti. DB 809 842. Rom 8 17 Si tamen compatimur, ut et conglorificemur.

f' quod ideo est quia haec vita est perfectionis divinae. Mt 5 48. necessitas donorum I II 68 2; gratiae actualis De Ver 24 7-9; De Ver 27 5 3m.

Natura Gratiae Sanctificantis

V. Scdm habitudines effectus formales et transcendentales

41

10. Vita ad modum membra.

c Declaratur habitudo Xti capitum ad membra.

a' Utrum Xthus qua homo sit caput an Xthus qua Deus.

AAS 35 1943 236: "Christus enim, ut proprie accurateque loquamur, scdm utramque naturam una simul, totius ecclesiae est caput (De Ver 29 4); ac ceteroquin ipse solemniter asseveravit "Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam." Io 14 14.

b' Utrum Xthus qua Deus diligit nos amore notionali.

Io 15 9: Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi vos

Io 15 26; 16 7: ipse mittit Spiritum sanctum ad nos

Porro, missio dicit originem missi a mittente (I 43 1), et
Xthus est Deus, est origo Spiritus quatenus est et ipse spiratio activa.

I 37 2 c fin: "et Pater et Filius dicuntur diligentes
Spiritu sancto vel Amore procedente et se et nos." Cf ad 2m 3m.

c' Utrum Xthus diligit nos ut filios adoptionis.

Diligit nos uti sumus; atqui sumus filii adoptionis,
assimilati ad filiationem naturalem, uti dictum est.

Non tamen diligit nos ut filios suos per adoptionem, nam
ei sumus non filii sed fratres. Rom 8 29 primogenitus in multis
fratribus.

d' Quemadmodum fieri possit ut Xthus nos diligens amore notionali
non diligit ut filios suos.

Quia spiratio activa est Patris ut principii sine principio;
at eadem spiratio est Filii ut principii de principio. DB 704.

e' Xthus, non qua Deus, sed qua homo est Mediator. III 26 2 c.

NB Xthus qua homo dicit personam divinam ut in natura humana;
numquam fit abstractio a persona.

f' Oeconomia salutis (propositum Dei, scdm Paulum) est ille
ordo divinae sapientiae libere a Deo electus et volitus.

Ordo concrete sumptus dicit 1) ordinata 2) inter se
intelligibiliter connexa.

Deus non vult hoc quia vult illud, sed vult ut hoc sit
propter illud. I 19 5 c.

Proinde Deus voluit ut omnia sint propter Xthum, "ut sit
in omnibus ipsem primum tenens" Col 1 18.

I Cor 3 27: omnia enim vestra sunt; vos autem Xti; Xthus autem
Dei. Agitur de fine: I 21 1 3m.

Xthus instrumentum (III 7 1 3m; 18 1 2m) potentia (III 13)
operatio (III 19) efficientia (III 8 aa 2 & 6; III 48 6; III 56).
Cf. Tridentum 9/8 809; Rev. XII, Mystic Corpus, 35 1943 2/6 f

g' Est oeconomia amoris.

Nos sumus Xti, nobis mortui, Xto viventes, per gratiam et caritatem
Xthus est Dei, satisfaciens et salvans, per amorem: Io 15 13

Maiorem dilectionem nemo habet..

Pater nos diligit quia Xthum diligimus: Io 14 21: Qui autem
diligit me, diligitur a Patre meo. Io 14 23.

De Natura Gratiae Sanctificantis
V. Scdm effectus formales et transcendentales

42

II. Effectus formales et transcendentalis gratiae sanctificantis in iustis est uod Spiritus sanctus, ab aeterno donum increatum exsicens, ex tempore iit donum huic iusto datum.

- a Scdm SScr, Spiritus sanctus mittitur iustis eisque datur.
Gal 4 6: clare distinguuntur missio Filii et missio Spiritus; clare distinguuntur Pater mittens et Spiritus missus.
Haud dici potest non Spiritum mitti sed Deum; Deum vero missum per appropriationem dici Spiritum missum

Rom 5 5: agitur de Spiritu s; et dicitur datus vobis.

1 Thess 4 8: tov theov tov kai didovta to pneuma autou to agiov eis umas.

NB Scdm usum Pauli "tov theov" dicit Deum Patrem. Pater ergo dat Spiritum suum; et Spiritus suus est divinus.

- b Ex tractatu de Deo Trino.

Donum est nomen personale et proprium Spiritus sancti.
Quod nomen eodem titulo dicitur de Spiritu quo dicitur amor procedens; ideo enim Spiritus est donum quia est amor procedens. I 38 aa 1 et 2.

Proinde, sicut gratia sanctificans est terminus ad extra scdm quem iustus diligit amore notionali, ita etiam gratia est terminus ad extra scdm quem donum increatum, Spiritus sanctus, amor notionalis, datur iusto.

- c Accedit auctoritas S. Thomae. I 43 3; I 38 1 3m 4m; 2 3m.

~~d Quod alicui datur, ab eo habetur.~~

~~iustus vero habet Spiritum sanctum~~
~~a radicaliter per gratiam sanctificantem, quae cum sit participatio spirationis activae, relationem propriam habet ad increatam spirationem passivam, scil., ad Spiritum sanctum.~~
~~b participative per virtutem caritatis; haec enim virtus ad extra imitatur spirationem passivam quae est Spiritus sanctus.~~
~~c' ad fruitionem vero quatenus amicus Deo factus habitualiter Deum cognoscit et recte diligit.~~
~~I 38 1; 43 3.~~

- d Quod alicui datur, ab eo habetur.

Habetur Spiritus a iusto quatenus donum increatum per gratiam fit iusto datum. Porro, ideo gratia est terminus conveniens huius dationis quia ad extra imitatur spirationem activam et hac de causa possidet propriam relationem ad increatam spirationem passivam.

Participative vero habetur Spiritus per caritatem infusam; virtus enim caritatis ad extra imitatur spirationem passivam quae est Spiritus sanctus.

In ordine denique ad fruitionem habetur Spiritus quatenus per gratiam iustus habitualiter Deum vere cognoscit et recte diligit. Cf. I 38 1; 43 3.

Natura Gratiae Sanctificantis

V. Scdm effectus formales et transcendentales
12.

43

12. Effectus formalis et transcendentalis gratiae sanctificantis in iustis est quod Pater et Filius Spiritum huic iusto mittunt atque dant.

a Gal 4 6: Pater mittit in corda

Io 14 16 (Pater dabit) 14 26 (Pater mittet in nomine meo)
15 26 (ego mittam a Patre) 16 7 (quem mittam ad vos)

b Quae missio et datio dicunt 1) aeternam originem Spiritus a Patre Filio ue et 2) terminum ex tempore scdm quem Pater et Filius dicuntur mittentes et dantes, Spiritus vero missus vel datus.

c Porro, cum gratia sit terminus Amoris procedentis, conveniens est terminus scdm quem Pater et Filius dicuntur mittentes et dantes.

13. Quare tres divinae personae animas iustorum inhabitant.

a AAS 35 1943 23ls: "Inhabitare quidem divinae personae dicuntur, quatenus inxx creatis animantibus intellectu praeditis imperscrutabili modo praesentes, ab iisdem per cognitionem et amorem attingantur, quadam tamen ratione omnem naturam transcendentem ac penitus intima et singulari."

b Omnes tres personae inhabitant. Io 14 23: apud ad eum veniemus et mansiōnem apud eum faciemus (i.e., Pater et Filius). Rom 8 9ss SpS

c Scdm quod tres pariter gratiam in iustis producunt. Et sic adsunt scdm eamdem normam scdm quam Deus est in omnibus praesens. I 8 l-4.

d' Scdm quod gratia est terminus amoris essentialis. Et sic omnes se dant, inquantum "dare" dicit liberalē sui communicationē I 43 4 m

e' Scdm quod est terminus amoris notionalis. Et sic Pater est praesens ut mittens et dans; Filius est praesens ut missus (I 43 5) et dans; Spiritus est praesens ut missus et datus.

f' Scdm quod gratia est primum principium intrinsecum vitae supernaturalis. Et sic divinae personae habentur ad fruitionem inquantum habitualiter vere cognoscuntur et recte diliguntur. I 38 1; 43 3.

14. Ideoque viget veri nominis amicitia inter Deum et iustos.

II II 23 l c: amicitia est mutuus amor benevolentiae in quadam communicatione boni fundatus.

Fundatur haec amicitia in communicatione divinae naturae ipsiusque Dei.

Est amor benevolentiae ex parte Dei. Gracia enim est terminus dilectionis divinae et essentialis et notionalis.

Est amor benevolentiae ex parte nostra. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est vobis.

44

15. Spiritus sanctus est anima Corporis Mystici.

SpSs: *tertia persona SS. Trinitatis.*

Cporpus mysticum: *Xtus et Ecclesia sua anima:* dicitur per analogiam imperfectam

Analogia: sicut se habet anima ad corpus quod informat, ita se habet SpSs ad corpus mysticum. Ergo aequalitas proportionum.

Non metaphora: corpus mysticum non est merum corpus morale in quo solum unitatis principium est communis finis et communis omnium in eundem finem per socialem auctoritatem conspiratio.

AAS 35 1943 222.

Non analogia perfecta: corpus mysticum non est idem quod corpus naturale. Membra huius propriam subsistentiam non habent et unice destinantur in bonum totius. Membra illius propriam subsistentiam retinent, et membra non sunt propter corpus sed corpus propter membra. AAS 35 1943 221 f. Nam *Xtus propter homines (propter nos homines et propter nostram salutem descendit et caelis); Ecclesia propter homines; sacramenta propter homines.*

Sed analogia imperfecta: et ita quidem ut imperfectius analogatum sit corpus naturale. Ratione materiae unienda: nam CM est unio personarum. Ratione principii unionis: nempe ipse increatus Spiritus. Ibid. p. 222.

Eph 4 4: solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus Spiritus...

Corpus est CM. Spiritus est S:S. Iuxtapositio suadet SpSm esse animam seu Spiritum corporis mystici.

Et ita PP. Vide S. Tromp, De Spiritu sancto anima corporis Xti mystici, PUG, Textus et Doc., series latina, graeca.

Lee XIII, ASS 29 650; Pius XII 35 1943 220 illum laudans et citans: "Hoc affirmare sufficiat, quod cum Christus Caput sit Ecclesiae, Spiritus sanctus sit eius anima."

AAS 35 1943 219.

SpSs est principium unionis.

Quoad caput ut Deum: est procedens de Filio et consubstantialis cum Filio et missus a Filio

Quoad caput ut hominem: in eo inhabitat per prius; eum dicit

Quoad membra ut singula: idem omnes gratos factos inhabitat; omnes movet sive ad fidem et poenitentiam sive ad progressum 1 Cor 12 3; DB 898 linea 12; Rom 8 14.

Quoad membra ut consociata: dirigit ecclesiam.

Utrum effectus formales gratiae sanctificantis per omnipotentiam divinam separari possint.

Cf. Beraza qui thesin statuit: "De potentia Dei absoluta gratia habitualis et peccatum mortale in eodem subiecto simul existere possunt." p 706 ff., §§862-77.

Fundamentum est distinguere inter entitatem gratiae ut animae qualitatem physicam et, alia ex parte, connaturalem gratiae exigentiam ad amicitiam divinam quae/maior non est quam ut accidens sit in subiecto etc. exigentia/

Scil. Beraza tenet hominem gratum factum non eo ipso esse Dei amicum ~~mixtum~~ sed tantum habere ius ad amicitiam ex divina promissione.

Dicimus effectus formales gratiae sanctificantis et immanentes et transcendentales non esse separabiles.

Immanentes enim primarii eo ipso habentur quod gratia habetur

Immanentes vero secundarii ex gratia habituali sequuntur secundum divinam sapientiam; sunt varii provariis statibus et subiectis; non tamen omittuntur in grato facto sapienter; quod vero contradicit divinae sapientiae vel beatitudini est impossibile. I 25 5 1m.

Transcendentales autem non sunt concipiendi ad modum consectoriorum: sed supposito Deo uno et Trino, eo ipso quod habetur gratia, etiam habentur filiatio adoptiva, fraternitas cum Filio, donum Spiritus, ex Trium Personarum inhabitatio, amicitia cum Deo amico.

Quae cum itasint, sicut repugnat eundem simul esse amicum et inimicum, ita repugnat eundem habere gratiam et peccatum mortale.

Circa fundamentum ultimum Berza, vide In Boet de Trin 5 3 circa distinctionem, abstractionem, separationem.

Distinguuntur sane animal et pes animalis. At pes sine animali non est pes. Abstrahi potest animal a pede, totum a partibus; nam animal sine pede manet animal. Abstrahi non potest pes ab animali, nam pes sine animali non est ~~est~~ pes.

Gratia vero huius ordinis est gratia Xti: est mera ineptitudo et nullo modo metaphysica profunditas inquirere de gratia prout est ens physicum seorsum sumptum a Xto capite.

Utrum ipse Deus se habeat ad iustum per modum formae vel
actus eminentioris vel assistentis.

Eiusmodi doctrina invenitur in Petavio, Lessio, de la Taille,
Malachi Donnelly.

Dicimus eiusmodi doctrinam esse convenientem ubi agitur
de gratia unionis (humanitas Christi existit per esse personale
Verbi) vel de visione beatifica (divina essentia se habet ut
specialis species intelligibilis). His in casibus Deus ipse
implet quodammodo vices actus vel formae.

Negamus eiusmodi doctrinam esse convenientem ubi agitur
de iustis.

Nam omnia salvari possunt per effectus formales transcendentes.
De facto, nihil dicitur de iusto quod requirit Deum ut formam
vel Deum ut actum.

Tridentinum docet unicam causam formalem nostrae iustificationis
esse iustitiam Dei qua nos iustos facit, scil., gratiam
sanctificantem et sua consectaria.